

Prefatio

2

¶ Desideras perfecte mundari a vitijs
si nobilitate ditari in fortibus. si altissime
illuminari in scripturis. si gloriose triumphare
de inimicis. si copiose consolari in ad
uersis. si deuote peruersari in terris. si
frequenter impungi in cubilibus. si dulciter flere in orationibus
si feruenter accendi in meditationibus. si perseuerare in bonis
actibus. si repleri spiritalibus gaudijs. si rapi in excessu mentis.
si diuersis frui secretis. si feliciter mori in extremis. si phoenice regnare in celis. exerce te in vita
et in passione Jesu christi filij dei. quem pater misit in mundum.
ut omnibus preberet perfectiois exemplum et sequaces suos ad eternum
pduceret regnum. Ama igitur christum. sequere Ihesum. amplectere crucifixum.

Incipiunt deuote gratiarum actiones de tota
vita mediatoris dei et hominum Jesu christi
¶ Et primo oratio multum excitatiua
ad laudandum Deum

Domine deus meus. laudare te desidero. quia
ad laudandum te creatum me agnosco. Aperi os
meum in laude tua. ut canam gloriam nomini tuo
Excita cor meum in te repelle omne reum. infunde gratiam
accende amorem. ut tibi debitas possim gratias persolvere
Aufer iniquitatem suam tuam. munda me ab omni indignatione carnis.
ac spiritus. ut dignus efficiam. in tui nominis honorem
labia mea aperire Sed tuam abyssalem maiestatem dignitatem
deus digne laudare poterit Ecce omnes virtutes celorum et
et yniuerse potestates angelice non sufficiunt tue celsitudinis